

§. Nihil commune. ff. de Acquirend. posses. 2. col. in medio, & ibi Cuman. 2. col. Vincent. 5. col. num. 15. Jas. 11. column. num. 49. Franc. de Rip. 15. column. num. 98. tenet etiam Bart. in Cons. suis, cons. 81. num. 4. idem Bartol. in leg. fin. de vi. ff. de Juristic. in fin. & ibi Paul. fin. col. Bald. in leg. Ordinarii, Cod. de Rei vend. penult. column. & ibi Salyc. penult. column. idem Salyc. in leg. Si quis ad se fundum, Cod. ad leg. Juliam de vi, 3. column. Bald. in leg. Si quis conductio- nis, Cod. Locati, 2. column. in fin. Abb. Panor. in cap. In literis de Restitue. spol. 2. column. in fin. & ante eos tenet Jacob. Butr. in leg. Incerti ju- ris, Cod. de Interdictis, 3. column. in med. & ibi Salyc. 8. column. num. 21. tenet etiam & repu- tat singulare & quotidianum Angel. de Aret. in §. Quadrupli. Institut. de actio. fin. column.

Contrarium tamen expressè tenet Din. in Regul. dolo facit, de regul. jur. in 6. idem Din. in Regul. qui ad agendum, eodem titul. fin. column. & quest. ubi expressè dicit, quòd sicut agenti in- terdicto adipiscendæ obstat exceptio domini, quando in continenti probatur, ut in leg. 2. cum materia, Cod. de Edict. divi Adrian. tollen. ita si- militer obstat agenti interdicto retinendæ Uti possidetis: idem tenet Angel. de Perus. in leg. Do- lo facit, ff. de Exceptione doli. idem Angel. in dict. leg. Si de eo, §. fin. ff. de Acquirend. posses. & ibi Paul. 2. column. n. 4. Richard. de Salyc. in leg. Si de vi. ff. de Juristic. in fin. 2. Cod. de Edict. divi Adrian. tollen. in fin. pro qua sententia & conclusione aliqui peritissimi literati in hoc reg- no ponderant leg. 27. titul. 2. 3. part. in vers. E si por aventura. Sed certè illa lex in illo ver- siculo tantùm loquitur in remedio adipiscendæ, ut ex verbis ejus & ratione colligitur, & pro- batur ibi dum dicit: *El que la tuviessa otro qual- quier que la razonasse por suya, & sic apparet, quòd ista est valde dubia opinio, cum in ea tota & tanti DD. invicem sint contrarii: Unde reperio quòd per alios eligitur media via, & datur talis concordia: scilicet quòd si ex isto remedio & interdicto Uti possidetis nulla est res- titutio faciendæ, quia actor omninò possidet & detentat, sed tantùm molestatur verbo vel facto à domino; tunc semper debet obtinere actor, nec obstat ei exceptio tituli vel domini: & ita procedat prima opinio: Si verò ex isto reme- dio & interdicto proposito esset aliqua resti- tutio faciendæ, quia actor possidet tantùm ci- viliter, vel civiliter & naturaliter, sed apud do- minum conventum est naturalis possessio clan- destina vel detentatio, quam tenetur restituere; in consequentiam tunc bene obstat exceptio domini, & probato dominio incontinenti, non tenetur dominus conventus restituere; & sic hoc*

casu non habet locum contra eum interdictum Uti possidetis, sicut non haberet locum interdic- tum adipiscendæ: & ita procedat secunda opinio contraria: Et in specie istam doctrinam & con- cordiam tenet Anton. de Butric. in cap. In literis de restitutione spol. 4. column. num. 22. quem refert & sequitur Alexand. in dict. §. Nihil com- mune 11. column. num. 35. & ibi Socin. 3. col.

Sed his non obstantibus, indistinctè ego teneo primam conclusionem Gloss. & DD. imò, quòd in nullo casu agenti interdicto Uti posside- tis obstat exceptio domini vel tituli, imò quòd restitutio realiter sit faciendæ, per jura, funda- menta, & rationes suprà assignatas: & hanc pri- mam opinionem & conclusionem Gloss. & DD. dicit magis communem Franc. de Aretin. in dict. leg. Si de eo, §. fin. 2. column. ff. de Acquirend. posses. & in expressò pro hac sententia & con- clusione Glos. & commun. quam teneo, facit text. in leg. 1. in fin. Cod. Si per vim vel alio mo- do, quem ibi ad hoc notat & ponderat Bartol. in fin. num. 10. idem Bartol. Imol. & alii DD. in dict. leg. Si de eo, §. fin. Secundò ego considero ultrà DD. textum expressum in leg. 1. §. Hujus autem interdict. ff. Uti possidetis, ubi probatur, quòd istud interdictum datur possessori contra dominum, vel alium habentem rem legitimo ti- tulo. Tertio facit text. in leg. Ordinarii, Cod. de Rei vendend. Quarto, text. in leg. Incerti juris, Cod. de Interdict. Quintò, text. in §. Reti- nendæ Insi. eod. titul. Sextò, text. in ratione sui, in dict. §. Nihil commune. Pro qua communi sen- tentia & conclusione ultrà fundamenta superio- ra considero vivam & subtilem rationem: nam semper & principaliter hoc interdictum Uti pos- sidentis competit pro tuendæ & conservanda pos- sessione contra molestantem, vel inquietantem, ut desinat à molestia: & licet aliquo casu de supra- dictis veniat restituendæ detentatio vel naturalis possessio, tamen non est judicium adipiscendæ nec recuperandæ, sed retinendæ; quia illud fit in consequentiam pro defendenda & conservan- da possessione civili, vel utraque; unde utro- que casu meritò datur contra dominum, & non amittit suam primordiale naturam. Istam tamen sententiam & conclusionem communem li- mita, & intellige, quando agens interdicto Uti possidetis probavit de sua possessione, adver- sarius verò non; vel quando agens melius pro- bavit: secùs verò si probationes in possessorio essent omnino pares; quia tunc ille vincet qui melius probaret de dominio: ita Bart. in dict. leg. Naturaliter. §. Nihil commune. ff. de Acquir. posses. & ibi Modern. tenet etiam Aretin. & Cu- man. in dict. leg. Si de eod. §. fin. eod. tit. Secun- dò limita & intellige, quando illa non est ex- cep-

ceptio notoria & manifesta: secus verò si do- minium esset notorium, ut quia reus conven- tus habet sententiam definitivam pro se in qua est declaratus dominus in lite agitata contra ac- torem; quia tunc illa exceptio domini obstat agenti interdicto Uti possidetis: ita singulariter tenet & declarat Cuman. in dict. leg. Naturali- ter. §. Nihil commune 2. column. in fin. & ibi Paul. de Castr. fin. col. n. 7. Alexand. 11. col. num. 34. Rip. 15. column. num. 9. Confirmatur etiam, quia idem est in interdicto recuperandæ; quia bene obstat exceptio domini, quando ve- nit in continenti probanda per manifestam & notoriam probationem: argumento text. in cap. Ad decimas, de Restit. spoliar. lib. 6.

Item quæro, an talis successor majoratus pos- sit intentare petitionem hæreditatis contra ter- tium detentatorem rerum? Et breviter teneo quòd sic: quia succedit in majoratu tamquam hæres & jure hæreditatio, ut probat text. in cap. Significavit de rescript. text. in cap. Licet de voto & utrobique DD. & concludit notabi- liter Oldrad. in Consiliis suis, cons. 94. colum. 2. in fin. & Andr. de Iser. in cap. 1. de Feudo Mar- chie 2. column. versic. Possent etiam reduci ad consonantiam, usque in finem, & Marc. de Laud. in suo tract. de Primogenit. 3. col. 8. q. princip. & voluit eleganter Bald. in leg. Ex hoc jure. 2. col. num. 4. ff. de Juristic. & jure. Sed petitio hæredi- tatis datur hæredi, vel successori universali, ut in leg. 1. 2. & 3. & per totum. ff. de Petir. har. Ergo dabitur & competit huic successori majo- ratus. Advertendum tamen, quòd hoc debet in- telligi, quando est successor majoratus universalis in totum, vel in quota hæreditatis; modò succedat immediatè primo fundatori, modò succedat mediatè: ita probat text. notabilis in leg. 3. vers. Sed & si Titio. ff. de Petir. hered. ubi subtiliter Bald. & DD. text. in leg. Licet minimam, eodem tit. text. in leg. 1. §. 1. ff. Si pars hered. pe- rat. non tamen competeret successor majoratus in aliqua re, vel rebus certis & determinatis; quia talis non est successor universalis in soli- dum nec in quota, argumento text. in leg. Si quis servum, §. fin. cum leg. sequent. ff. de Le- gat. 2. & in leg. Mulier qua, §. fin. ff. ad Trebel. Et isto modò intelligo, quòd successor majo- ratus possit competere interdictum adipiscendæ quorum bonorum, de quo supra dixi: quia illud tantùm datur hæredi & successori universali, non particulari, ut probat text. in leg. 1. vers. 1. ff. Quorum bonorum ibi dum dicit, & ad universi- tatem bonorum non ad singul. res pertinet, &c.

Item quæro, an talis successor majoratus pos- sit intentare fideicommissariam hæreditatis peti- tionem, de qua in leg. 1. & per totum. ff. de Fi- Anton. Gomez, ad Legem Taur.

deicommiss. hered. petit? Et breviter dico quòd sic, sicut dixi in petitione hæreditatis. Unum ta- men est, quòd si defunctus cui succedit successor majoratus relinqueret hæredem ex testamento vel ab intestato ipsum successorem majoratus, & in sua hæreditate, essent illa bona majoratus & subjecta restitutioni, licet constaret majoratus in re vel rebus certis, bene possit talis successor intentare petitionem hæreditatis pro hæreditate, in qua succedit, & junctim petere omnia bona tam majoratus quam hæreditatis; quia in tali petitione & remedio omnia venirent, & intelli- guntur comprehendi: ita probat Gloss. nova, juncto text. in leg. Item videndum, §. fin. in glos. fin. ff. de Petir. hered. ubi dicit, quòd bona feu- dalia veniunt in petitione hæreditatis: quam ibi sequuntur & declarant Angel. de Perus. Alber. Paul. de Castr. & alii DD. & per eam ita tenet & notat Bald. in cap. 1. 2. column. num. 5. de Success. feud. in usibus Feud. Joan. de Plat. in §. Actionem, Institut. de action. penultim. column. num. 79. & 80. Nec obstat quòd petitio posses- sionis non datur nec competit hæredi vel suc- cessori post semel ademptam possessionem, ut est Glos. singularis in leg. 1. ff. de Fideicommiss. hered. pet. & ibi Bartol. & DD. & posui latè in materia petitionis hæreditatis, sed ille succes- sor majoratus possidet per nostram legem; ergo ei non possit competere petitio hæreditatis: Quia respondeo, quòd non est effectus posses- sor naturaliter per actum proprium & verum apprehensionis, sed fictè & artificialiter per legem, ut notabiliter dixi suprà, dum tractavi, an competat interdictum adipiscendæ possessionis.

Item circa istam legem utiliter & necessariò quæro, an successor majoratus possit propria autoritate bona auferre à tertio detentatore, & per vim eum expellere? Et videtur quòd sic: Primò, quia licet possessor possit judicem adire pro rebus ab alio occupatis consequendis, & eo casu nullam amitteret possessionem; tamen poterit ab eo propria autoritate auferre: Glos. est notabilis in leg. 1. §. Interdictum autem, in verb. Ultrò. ff. Uti possidetis, & ibi tenet Bartol. 2. column. num. 3. ubi singulariter & magistra- liter dicit, quòd si possessio rei omninò vacabat, & quis eam occupavit, non potest domi- nus & primus possessor propria autoritate ab eo auferre text. in leg. Sequitur. §. Item si occu- paveris. ff. de Usucap. juncta Gloss. & communi opinione: facit bonus text. in leg. 1. §. Eum qui. ff. de Vi & vi armat. Aut possessio rei omninò non vacabat, sed per occupationem ejus qui ingressus fuit, privatur primus possessor utra- que possessione; quod contingit in re mobili, ut in leg. Si rem mobilem. ff. de Acquirend. posses.

& in leg. 3. §. Nerva filius, eodem titul. & tunc primus possessor potest illam rem ab eo auferre incontinenti; postea vero non: argumento text. in leg. *Ut vim. ff. de Just. & jur. cum similib.* & in expresso facit bonus text. in leg. *Si quis in servitute. in fin. ff. de Furtis.* Si vero possessio rei omnino non vacabat, sed quis habebat utramque possessionem, licet non sit in re, sed prope, vel saltem habebat civilem in absentia, (quo casu per apprehensionem vel occupationem alterius non privatur possessor sua possessione civili & naturali, vel civili tantum) quod contingit in re immobili, ut in leg. *Clam possidere. §. Qui ad nundinas. ff. de Acquirend. posses.* & notatur per Gloss. & DD. in leg. 1. eod. titul. tunc poterit possessor ab illo ingresso propria autoritate rem auferre: & ita procedit & debet. intelligi Gloss. in dict. leg. 1. §. *Interdictum autem. ff. Uti possidetis*, & ita est notabilis resolutio Bartol. ibi in hoc articulo: & cum hac doctrina & distinctione Bart. transit ibi Angel. de Perus. & in expresso tenet Paul. in dict. leg. *Clam possidere. §. Qui ad nundinas. 2. colum. post princip.* & melius & singularius ibi Roman. 2. colum. licet dicat, quod tutius & sanctius esset, quod dirigeretur via iustitiæ, propter rixas & scandala evitanda: & istam doctrinam & distinctionem Bartol. tenet ibi Jas. in dict. §. *Qui ad nundinas. 4. colum. & 4. not.* & istam conclusionem tenet Imol. post Innocent. in cap. *Olim, el. 1. de Rerum spol. 2. colum. num. 10.* istud etiam tenet & reputat singulare Angel. in §. *Quadrupli, Insitut. de Actio. penult. colum. in medio*, & istam doctrinam & distinctionem tenet & dicit communem Alexand. in leg. *Quemadmodum. ff. de Acquirend. posses. 2. colum. num. 3.* Sed iste successor majoratus median- te ista lege possidet tam civiliter quam natura- liter: Ergo possit propria autoritate expellere ingressum. Secundo pro ista sententia & con- clusione facit ratio evidens: quia si ille, qui in- gressus est rem majoratus vel aliam, non ad- mittit possessorem, eo ipso committit vim, ut in leg. *Clam possidere. §. Qui ad nundinas, in fin. eodem titul.* & sic possessor licite eum re- pellere & propulsare potest, ut in leg. *Ut vim, ff. de Just. & jur. text. in leg. 1. §. Eum qui versiculo vim vi. ff. de Vi & vi armat. text. in leg. 3. §. Eum igitur, eodem titul. text. in leg. 1. Cod. Unde vi, text. in leg. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. Ad legem Aquil. text. in leg. Si ex plagis, §. 1. eodem titul. facit etiam Glos. Bartol. & commu- nis opinio in leg. *Cum fundum. ff. de Vi & vi ar- mat.* ubi si colonus vel inquilinus intervertit possessionem domino, & recusat rem restituere, potest propria autoritate expelli: imò quod*

magis est, licet possessor habeat possessionem quasitam per clausulam constituti, vel alium actum fictum, potest à detentatore propria au- thoritate rem auferre, si recuset eam restituere: Gloss. est notabilis in leg. *Cum creditor. ff. de Furtis*, quam ibi ad hoc notat & commendat Angel. de Perus. & communiter DD. ad hoc etiam eam notat Salyc. in leg. *Creditorum, C. de Pignor. 4. colum. n. 12. & in leg. In possessionem, Cod. Ad legem Julian. de vi.* Tertio & notabili- ter pro hac sententia & conclusione facit: quia si aliquid fiat in re mea à me possessa, per quod mea possessio inquietatur, possum propria au- thoritate auferre; licet non possim tollere illud quod supra rem meam pendet, si illam non tangit: text. est notabilis in leg. *Quemadmodum. §. Si protectum*, versicul. *Aliud est dicendum. ff. ad leg. Aquilam*, & tenet ibi Odofred. Bart. Alb. Bald. & Flor. & dicit ibi Bald. *istud est maximum commodum possessionis, quia possessor habet jus resistendi propria autoritate*: & repu- tat esse mirabilem Flor. ad idem est text. in leg. *fin. §. Si ad januam. ff. Quod vi aut clam*, & ibi tenet Bartol. & Alber. & ante eos Oldrad. quem refert Alber. ut latius dixi in materia *ope- ris novi nuntiation.* Quarto pro ista sententia & conclusione, quod successor majoratus possit propria autoritate res auferre à quolibet detentatore, facit: quia quando quis est in nuda & simplici detentatione rei, potest verus posses- sor eum propria autoritate expellere, & suam possessionem intrare; quia in hoc non delin- quit, sed suam possessionem defendit: text. est valde notabilis in jure in leg. *Si servus, in fin. Cod. Quod cum eod.* ubi si servus sine volun- tate & consensu domini concessit alicui facul- tatem habitandi domum domini sui, nullum jus queritur habitanti, sed potest dominus propria autoritate ingredi & occupare domum suam li- berè & impunè: ex quo textu infert ibi Bartol. 2. lectur. quod colonus vel inquilinus qui ha- bet rem conductam ab aliquo tertio sine man- dato domini, potest per ipsum dominum ex- pelli propria autoritate: & sequuntur ceteri DD. ibi: & ita per illum textum tenet Bartol. in leg. 1. §. *Nuntiatio. ff. de Novi oper. nunt.* 2. colum. num. 7. & ibi notabiliter Alexand. 3. colum. num. 12. & ibi Jas. post princip. n. 2. imò est ibi textus valde notabilis, quod si pos- sessor qui expulit talem detentatorem propria autoritate, timeat ne expulsus redeat & eum inquietet, poterit super hoc implorare protec- tionem & officium iudicis, ut in possessione de- fendatur: & ad hoc illum textum in fine con- siderat & commendat Jacob. de Aren. Cin. Bald. Angel. & Salycet. quod est notabile pro exten- sio-

sione hujus conclusionis in successore majoratus. Facit etiam text. in leg. *Si super possessione, Cod. de Transact. in versic. fin.* cujus verba sunt, *cu- jus rei gratia vir clarissimus praeses provinciae in- terpellatus vim fieri, & prohibebit* & ibi notat Bald. Paul. Salycet. Alexand. & Jas. facit text. in leg. *Sed inter te. ff. de Servit. urban. praed.* & ibi Bart. & DD. ordinarii: Bonus text. in leg. *fin. in princ. ff. Quod metus causa*, & ibi notat Bart. Bald. Angel. & DD. facit etiam text. in leg. 1. & per totum. ff. *Ne vis fiat ei*, facit etiam text. singularis in leg. *Si pater, Cod. Qui bon. de poss.* ubi ille qui pro debito alterius timet gra- vari, potest officium iudicis implorare, ut ju- dex inhibeat, ne fiat: quem ad hoc summè no- tat & dicit non alibi Bald. ibi: ad hoc notat etiam & commendat Jas. in leg. *Si super pos- sessione, Cod. de Transact. 2. colum. num. 6.*

Sed his non obstantibus, videtur quod eo ipso quod detentator, qui praedictas res occupa- vit, resistit & recusat restituere, possit succes- sor majoratus eas propria autoritate auferre; quia dicitur suam possessionem defendere, & non invadere nec violentiam committere, per jura & fundamenta superiora: tamen, si deten- tator non resistit, nec unquam ab eo aliquid petutum est, non possit successor majoratus praedictas res ab eo auferre propria autoritate; quia non reperitur jure cautum, quod civilis pos- sessor possit propria autoritate expellere clan- destinum possessorem vel detentatorem, nisi post denegatam & intersam possessionem: ita in expresso tenet Din. in dict. leg. 1. §. *Interdictum autem. ff. de Uti possidetis*, & ibi Rainer. & Alber. in fin. tenet etiam Cin. in leg. 1. *Unde vi, 2. col.* Aretin. in leg. *Clam possidere. §. Qui ad minas. ff. de Acquirend. possession. 4. colum. n. 11.* tenet etiam Cin. in leg. *unic. Cod. Uti possid. §. col. n. 10.* Secundo pro ista parte facit text. in leg. *Si alius. §. Bellissime. ff. Quod vi aut clam.* ubi disponitur, quod aedificium factum ab alio clam in fundo meo, non possum tollere & destruere propria autoritate, nisi ex magna causa: & sup- plet & declarat ibi Glos. Bartol. & alii DD. scilicet, quando non esset copia iudicis, vel quando esset periculum quod ex mora vel dilatione res occu- patæ deteriorarentur, & dominus & possessor pateretur grave damnum in dilatione: & illum textum etiam adhuc consideravit Aretin. in dict. §. *Qui ad nundinas, 4. colum. in fin.* dicens, quod fortissime urget. Tertio facit; quia si ex pacto vel qualitate actus competit alicui jus apprehendendi rem propria autoritate, non po- test eo uti sine cognitione iudiciali, & liqui- dato prius jure ejus, & per iudicem daclarato: text. est notabilis in leg. 1. *Cod. Si manipulum*

*ita veneat ne proficiatur*, quem ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Bald. Angel. de Perus. Sed in nostro casu, ad hoc ut in successorem majoratus transeat possessio, requiritur duplex qualitas necessaria: Prima, quod sit verus & leg- itimus successor majoratus: Secunda, quod bona ipsa sint comprehensa in majoratu: & in hoc se fundat nostra lex, ut aperte ex ea colligi- tur: Ergo ante omnia oportet quod ista liqui- dentur coram iudice, & antea non potest sibi competere jus & facultas apprehendendi propria autoritate praedictas res, & alteri fieri injuria & violentia. Quarto confirmatur ista pars subtili consideratione: quia forte ille tertius detentator ex justa causa recusat vel recusare posset res- titutionem rerum: quia forte dicit vel praetendit se esse successorem verum majoratus, vel quod praedictae res non sunt inclusae in majoratu, sed liberae & non subjectae restitutioni, vel quod sunt suae propriae, vel fundat se in aliqua alia justa ratione vel causa: nam tunc non videtur quod possit expelli, argumento text. notabilia in leg. 1. §. *Si quis ideo à possessione. ff. Ne vis fiat ei*, ubi dicitur, quod non incurrit quis penam illius edicti, quando ex justa causa prohibet alium in- trare vel habere possessionem rei, licet in ea fuerit missus, vel mitti jussus iudicis mandato: cujus verba sunt: *Si quis ideo à possessione pro- hibuerit, quia suam putabat vel sibi obnoxiam vel certe non esse debitoris, consequens est ut hoc in- terdicto non teneatur*, & ad hoc notat ibi Bartol. Alberic. Angel. de Perus. Confirmatur insuper: quia si successor majoratus posset propria au- thoritate praedictas res ab alio auferre, seque- retur maximum inconveniens, scilicet quod semper quis posset dicere se successorem majo- ratus, & hoc colore res alienas invadere: Imò, quod magis est, per supra dicta videtur, quod indistincte talis successor majoratus non possit propria autoritate praedictas res ab alio aufer- re, modò ille detentator recuset restituere, & sic videatur possessionem intervertere, modò non; quia praedicta fundamenta maxime urgent, & concludunt in utroque casu: imò si talis possessor sit expulsus, debeat in continenti res- titui, sicut quilibet possessor aliarum rerum; quia in dubio bona praesumuntur libera & non vincularia; unde merito interim debet restitui, & ille qui dicit & praetendit se successorem majo- ratus, debet agere via ordinaria. Sed licet ista quaestio ardua & periculosa videatur, tamen in ea speculative cogitando resolutivè mihi vide- tur, quod licet tutius & sanctius faciat talis successor majoratus, vel quilibet alius qui praetendit habere possessionem rerum, quarum de- tentatio est penes aliquem tertium, eas conse- quen-

quando via ordinaria iustitiæ, quam propria auctoritate eas auferre, & occupare; tamen in puncto juris teneo pro firma & vera sententia, quod possit propria auctoritate prædictas res auferre & apprehendere, dum tamen sine offensa alicujus personæ faciat; modò ille tertius detentator recuset restituere, modò non: & hoc per fundamenta & jura pro prima parte adducta, quæ sunt expressa: & est communis opinio. Nec obstat primum motivum pro contraria parte adductum, in quo dixi, quod secundum aliquos DD. non reperitur jure cautum, quod civilis possessor possit expellere propria auctoritate clandestinum possessorem vel detentatorem: Quia imò bene reperitur jure cautum per superiora prima fundamenta. Secundò non obstat textus in dict. §. *Bellissimè*. Quia ille textus debet intelligi, quando dominus non possidebat rem, vel locum in quo ædificium factum erat: nam tunc, licet in ejus præjudicium sit factum, non potest propria auctoritate tollere, nisi ex magna vel necessaria causa, quæ consideratur in exemplis glossæ, Bartol. & DD. *ibi*: si verò dominus possidebat rem, vel solum, bene potest propria auctoritate tollere: & ita procedunt prima jura, & per consequens nostra conclusio: ita in specie Alber. in dict. §. *Bellissimè*, & *ibi* Angel. de Perus. post Antiquos: & tenet Jas. in dict. leg. *Clam possidere*. §. *Qui ad nundinas*. ff. de *Acquirend. posses.* 5. column. num. 24. Tertio non obstat textus in dict. leg. 1. Cod. *Si mancip. ita vane. ne prostitua.* Quia respondeo, quod ibi ille, qui volebat rem propria auctoritate auferre ex pacto, non erat effectus possessor; unde non potest propria auctoritate sine iudice apprehendere; sed quando esset possessor, licet solum civilis, bene posset: ita solus Bald. *ibi in fine*. Sed in nostro casu iste successor majoratus est possessor rerum civilis & naturalis: Ergo possit. Quarto non obstat illa mea subtilis consideratio in quarto fundamento adducta: Quia notabiliter respondeo, quod ex eventu & successu probationis apparebit an iustè vel iniustè fecerit: nam si eo casu quo detentator expulsus conqueritur de sua expulsionem & injuria, successor majoratus, qui rem occupavit & ab eo abstulit, probaverit se verum & legitimum successorem majoratus; tunc impunè potuit facere, & nullam penam incurrit, imò in prædictis rebus defendendus est: si verò non

(p) De ista quæstione vide Molin. lib. 3. cap. 12. num. 12. Gregor. in leg. 7. titul. 4. part. 5. verb. *Posses*. Matienz. in leg. 8. titul. 7. lib. 5. glos. 6. num. 2. Tiraquell. in tract. de Mort. 4. part. declarat. 3. num. 17. Ægid. Boss. qui in decreto Mediolanensi loquitur in titul. de Princ. & ejus privileg. num. 297. Anton. Gabr. lib. 5. Commun. opinionum, conclus. 9. num. 22.

probaverit se successorem majoratus, & res fuisse inclusas in eo; tunc non potuit alium expellere, vel ab eo prædictas res propria auctoritate auferre; & secundum qualitatem expulsionis & apprehensionis tenebitur interdicto unde vi, vel remedio legis, si quis in tantam, vel alio juris remedio, quod tali casu competat. (p)

Præterea juxta prædicta, utiliter & necessario quæro, si duo vel plures dicunt & contendunt se successores majoratus in solidum, & sic sibi invicem contradicunt, & inter eos est maxima contentio, adeo quod speratur rixa & discordia, & ad arma venire, quia uterque præparat se & suos pro adipiscenda actuali possessione & detentatione rerum: Quæ erunt partes iudicis in isto casu? an poterit ex officio vel ad partis petitionem eos inhibere sub aliqua pœna, ne ad fundos & res majoratus accedant, & eas ponere in sequestro apud aliquem tertium, donec per iudicem determinetur, cui competat possessio, sine præjudicio juris uniuscujusque? Et certè dico quod sic, argumento textus qui est moralis & notandus, in leg. *Aquissimum*, aliàs 13. §. 3. ff. de *Usufruct.* ubi si inter duos fructuarios est quæstio super usufructu, & qualiter eo uti debeant, iudex potest & debet se intromittere, ne veniant in arma: cujus verba sunt: *Cur enim, inquit Julianus, ad arma & rixam procedere patiatur Prætor quos potest jurisdictione sua compescere?* Ergo idem sit in quibuscumque aliis contententibus super aliqua possessione, & ad hoc illum textum notat & commendat *ibi* Bartol. in §. *Suprà proximo*, & *ibi* Albert. qui ponit istam practicam in dict. §. 2. col. versic. *Et ex hoc*, & Bald. *ibi*, in dict. leg. *Aquissimum*, in princip. & *ibi* Angel. de Perus. in dict. §. *suprà proximo*, & ante omnes ad hoc notat & commendat Odofred. *ibi*, in princip. legis: & per illum textum tenet etiam Specul. in tit. de *Sequestram poss. & fruct.* versic. 1. Innocent. in cap. *In præsentia, de probat.* 1. column. num. 2. licet corruptè alleget illum text. & *ibi* Joan. Andr. 2. column. in princip. Hostiens. 2. column. in medio. Cin. in leg. *Vna, Cod. Vti possid. fin. col. in fin.* Jab. Butr. *ibi*, in fin. column. in medio. Alberic. penultim. column. in fin. post *ibi*, in verb. *Prohibebit*. Albert. in leg. penultim. ff. *Ubi pupil. educ. deber.* Bald. in leg. fin. Cod. de *Edict. divi Adriani toll.* 2. column. post princip. idem Bald. ubi

ubi hoc reputat notabile, in leg. 2. Cod. de *Summa Trim. & fin. cap. num. 2.* Anchar. in cap. *Cupientes*. §. *Cæterum*, 2. column. de *Elect.* facit optimum text. in leg. *Communi dividundo*. §. *Cum de usufructu*. ff. *Commun. dividund.* text. in leg. 1. §. *Apud Julianum*. ff. de *Posit.* text. in leg. *final.* ff. de *Tabul. exhiben.* text. in leg. *Congruit. in princ.* ff. de *Offic. præsid.* (q) facit etiam bona ratio: quia si ex causa permessa est sequestratio personæ, ut est textus notabilis in leg. 3. §. *Julianus*, versic. *Si verò utraque persona*. ff. de *Libertis exhiben.* text. in cap. *Cum locum de Sponsat.* text. in cap. *Ex transmissa de restit. spol.* ita etiam erit permessa sequestratio rerum. Unum tamen est, quod ista conclusio & doctrina debet intelligi quando non constaret quis eorum possideret, vel quando sumus certi quod neuter eorum possidet, & uterque præparat se ad arma: secus tamen est, quando constaret quod unus eorum possidet, vel esset in actuali detentatione, ex qua præsumatur possessio; quia tunc, licet alter se præparet ad arma & speretur rixa, non debet fieri sequestratio possessionis, sed possessor defendendus est per iudicem: ita singulariter Bald. in leg. *Quidam æstimaverunt*. ff. *Si cert. pet.* 2. column. post medium, versic. *Secundo casu*, argumento, text. qui notabiliter facit, in leg. fin. ff. de *Offic. Procur. Caesar.* idem Bald. in leg. *ordinarii*, Cod. de *Rei vend.* 4. col. versic. *Sed hic quæro*, idem Bald. in cap. 2. de *Vita & honest. cle.* 2. column. n. 8. idem Bald. in cap. 1. de *Sequest. posses. & fruct.* 3. column. in medio. n. 9. & ad hoc tenet & reputat esse notabilem & quotidianum Jas. in dict. leg. *Quidam æstimaverunt*. ff. *Si cert. petat.* 3. column. post princip. & ante eos reperio quod ita in expresso tenet Alber. in dict. leg. *Aquissimum*, quam legit in §. *antece-*

126 Præterea circa nostram legem & totam mate-

riam possessionis utiliter & necessario quæro: Si duo vel plures asserunt se successores majoratus in solidum, & habere possessionem civilem & naturalem virtute hujus legis; modò prædictæ res majoratus sint in sequestro penes tertium iudicis mandato propter timorem rixæ, ut in quæstione suprà proxima; modò non sint in sequestro, quia detinentur ab aliquo eorum, vel ab aliquo tertio; modò res sint vacantes respectu detentationis: & uterque prætendit se habere possessionem, & uterque intentat coram iudice remedium possessorium, & sic interdictum *Vti possidetis*, in quo dicit se possessorem, & petit in ea defendi, & in consequentiam petit detentationem earumdem rerum, & fortè habet iudicium possessorium, moram & longam dilationem habebit: an interim, lite super possessorio pendente, possit iudex ex officio vel ad partis petitionem sine præjudicio juris ipsarum partium summarie, breviter, & simpliciter recipere probationem super prædicta possessione, ut ille qui melius probet, statim declaretur & mittatur in actualem possessionem & detentationem rerum, & in ea defendatur donec definitive lis super remedio possessorio plenarie decidatur? Et ista eadem quæstio habet locum in quibuscumque rebus, licet non sint majoratus, quando in eis plures dicunt se habere possessionem, & quilibet intentat interdictum *Vti possidetis*. Et certè iste articulus est valde singularis & utilis in isto regno; & quotidie videmus quod versatur in practica: nam videmus, quod periti iudices in tali casu jubent, quod partes producant coram eis certum numerum testium super prædicta possessione; & visis testibus, declarat possessorem illum, qui melius probavit, & eum in actuali possessione defendit; ut colligat & percipiat fructus, & pacifice utatur re & consequatur omnes alios effectus possessionis interim lite durante super plenario iudicio possessorio *Vti possidetis*, & sine præjudicio ejus: (r) & licet ita ab aliquibus peritis iudicibus practicetur; tamen non

(q) Vide Molin. idem docentem, de *Primog. lib. 3. cap. 13. num. 71.* Matienz. in leg. 9. tit. 7. lib. 5. glos. 1. num. 2. Covarrub. in *Practic. cap. 17. n. 5.* & in simili casu vide Paris. *consil. 41. col. versic. Nec audiendi*, n. 16. lib. 1. *consil.* Tiraquell. in tract. de *Mort. 6. part. declar. 9. pag. 276.* Mier. in tract. *Majoratumum 3. part. quæst. 7. per totam.*

(r) Et sic remedium interim dictum devenitur, de quo videas Covarrub. *Practic. Quæst. cap. 17.* & Mantie. in *Stilo Cancellaria titul. 3. cap. 1. §. 27. gloss. 4.* ubi undecim differentias inter hoc remedium & *Vti possidetis*, tradit: Hoc autem remedium, quod pro tenuta, seu actuali possessione rerum majoratus consequenda ad nostræ legis 45. executionem conceditur, in prima instantia apud iudices supremi consilii infra quinquaginta dies terminari debebat, in gradu vero supplicationis intra 40. & eo iudicio finito, causa ad regios conventus remittebatur quoad possessionem & proprietatem deducenda: hodiè autem hoc iudicium interim non est omninò sine remedio ex leg. 45. competente; cum in eo non solum de tenuta, sed de vera possessione agatur, & sola pro-